



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 62. Aliæ difficultates coram Papa complanatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. verant, intra Reipublicæ viscera habent
A. C. 1607. non cogentur.

Quamvis Joyosa Cardinalis quam plurima potius exacerbati animi impetu congesta nosset, ex his tamen haud obscure collegerat, quod Senatum ad Jesuitarum restitutionem incassum sollicitaret, quocirca huic articulo superaddendum ratus Romam reversus est.

§. LXII.

Aliae difficultates coram Papa complatae.

*Daniel Es
Thuan. l. c.
Fra Paolo
l. c.*

Interim Romæ in removendis ceteris concordiae obstaculis defudatum est nova enim oriebatur difficultas circum locum, ubi censurarum revocatio fieret Pontifex enim illam Romæ, Veneti vero Venetiis promulgari petebant utraque tamen contendentium pars concordiam revocata est, ea lege, ut Alincurtius a Papa censurarum revocationem Romæ, Fraxineus vero Venetiis peteret. Rursus Hispani Cardinales contendebant, quod ad Sanctissimæ suæ dignitatem pertineret, ut Episcopi, qui interdictioni non obtemperarunt in absolutionis gratia non comprehensum intelligantur, sed eam ab ipso Papa Romanam accedentes petere teneantur. Venetorum ad Perronii Cardinalis oppositionem
Papa

Papa assensit, ut Joyosa Cardinalis Epi-^{Sæc. XVII.}
 scopos hosce centuris solvere posset: A. C. 1607.
 Præterea Pontifici falso rumore fuerat
 insinuatum, quod Veneti captivos Sa-
 cerdotes consignare nollent, nisi facta
 prius *protestatione*: Hanc ob causam to-
 tum pacis negotium fuisset dissolutum,
 nisi Perronius Cardinalis Pontifici pro-
 posuisset, quod si transactio hanc ob
 causam dissolvenda foret, Pontificiæ
 dignitati magis consonum videretur, si
 ea pacis dissolutio Venetiis fieret; tunc
 enim illa ab omnibus adscriberetur Vene-
 tis, secus vero attribueretur Pontificis
 pertinaciæ. Huic Cardinalis rationi
 acquievit Pontifex: mox vero Hispani
 petebant, ut Cardinalis Zapata Joyosæ
 comes ac socius in exequendo Pontifi-
 cis diplomate adjungeretur: obstitit ta-
 men vehementer Joyosa, palam pro-
 fessus, quod potius a toto negotio de-
 sistere, quam alium in partem laboris
 tanto suo incommodo confecti admit-
 tere vellet. His igitur omnibus supe-
 ratis difficultatibus Joyosa Cardinalis
 jamjam Venetias cum diplomate reverti
 parabat, cum Pontifex eodem tempo-
 ris momento literas acciperet, in qui-
 bus Franciscus de Castro Hispani Regis
 Orator eidem significabat, quod si ar-
 ticulo de Jesuitarum revocationi im-
 motus insistere vellet, absdubio a Venetis
 consen-

Sæc. XVII. consensum obtenturus esset: Perleſti
A. C. 1607. hac epiſtola mox Pontifex Joyofæ ne
 gotium dabat, ut hanc cauſam denuo
 urgeret, ſimulque Venetiarum Duci de
 clararet, quod ſecluſo hoc articulo totum
 concordia negotium in irritum caderet
 verum Perronius mox labantem Pon
 tificis animum denuo ad firma paci
 conſilia erexerat, id tamen Hiſpani
 conſpirante ipſo Donato Veneto Duce
 a Pontifice impetrarunt, ut in Philippo
 Regis gratiam, Pontifex Jeſuitarum re
 vocationem in concordia pactis omitti
 concederet: Quinimo ipſemet Francia
 Rex hunc articulum ſat remiſſe urget
 videbatur; quippe inter cetera, qua
 Campignio Oratori Venetias decreta
 dederat, mandata nullam de eorum re
 ſtitutione mentionem fecerat, duntaxat
 injungens, ut a Senatu obtineretur
 niteretur, quatenus Eccleſiæ Collegia
 & Jeſuitarum bona, utpote Eccleſiaſtica,
 a Nuntio Pontificio adminiſtrarentur,
 præcipue cum Republica non
 bonis hiſce, ſed Jeſuitis bellum dixiſſet.

§. LXIII.

*Venetorum Republica a cenſuris &
 interdito ſoluta.*

*Thuan. l. 137.
 Merc. Gallo-
 belg. t. 6. l. 2.* Sublatis igitur omnibus obſtaculis ſo
 lus Joyoſa Cardinalis Roma unacum
 diplomate Pontificio Venetias contem
 dit,